Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

XI

tuus fuerit simplex · totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit oculus tuus
tenebrosum erit. Si inquit pura rectaque intentione quae potest agere bona studueris. lu
cis. profecto sunt opera quae facis. et tamsi coram hominibus imperfectionis aliquid habere u
deantur · quo diligentibus dominum omnia cooperantur in bonum · hisque secundum propositum uocati
sunt sancti. Si autem puersa est intentio quae praecedit · prauum est omne opus quod sequitur · qua
uis rectum esse uideatur. Unde quaeque lumen quod intus est tenebrae sint. Hoc est ne ipsa
cordis intentio quae lumen est animae uiciosque caligine fuscetur sedula discretione p
pende · iuxta quod alibi praecipitur: omni custodia serua tuum cor · quo excipso uita
XII. procedit. Si corpus tuum lucidum fuerit. Non habens aliquam partem tenebrarum · erit
lucidum totum · et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Totum corpus nostrum omnia
nostra opera dicit · quia et apostolus membra nostra nuncupat · quedam opera quae imp
bat et mortificanda praecipit dicens. Mortificate ergo membra uestra quae sunt super ter
ram · fornicationem · immundiciam · libidinem · et cetera talia. Si igitur ipse bonum · bona in
tentione patrauerit · non habens intima conscientia aliquam partem tenebrose cogi
tationis · et tamen si contigerit aliquem proximosque tua bona actione nocere · uerbi gra
aut depecunia quam aut indigens et petens acceperat facere · prauum aliquid mali · aut
denerbo exhortationis quo errantem corrigere uolebas · forte pnitiosius errare ·
tu tamen prauo simplici et lucido corde · hic et in futuro lucis gratia donaberis ·
Haec contra hypocrisin pharisaeorumque sub dolo signa quaerentium specialiter dicta nos
iuxta sensum moralem generaliter instruant. Dec

Dominicus sermo quae debemus omnes non solum studiose uerum etiam sapienter audire · cui nos oportet humiliter ac de
lectabiliter obedire moderationis suae tenens ubique temperiem · ut nec ouib desint

FVLGENTII EPI.